# 古 澤 潔 夫*: 東亞植物落穗錄 (3)

# Isawo HURUSAWA *: Spicilegium plantarum Asiae Orientalis (3).

1. **Oxytropis wutaiensis** Tatewaki et Hurusawa sp. nov.

Affinis *Oxyt. leptophyllae* vel *Oxyt. ampullatae*, differt a utroque foliolorum jugis numerosioribus saepe ad 12,—saepissime juga 10, interdum 13, uti ex speciminibus copiosis examinatis videtur, numerari posse—; a priori foliolis utrinque albovillosis; a posteriori calycibus brevioribus statim dignoscenda.

Radix crassata siccitate 5–7 mm diametiens longe perpendicularis lignosa, apice ramoso 2–3–fida, quoque ramo multicepti caespites subelongatos semidigitellos stipulis petiolorum reliquis imbricato-obtectos efformante. Stipulae chartaceae marginem versus membranaceae, dimidio vel ultra petiolares tantisper supra deorsum petioli inter se connatae brevissime vaginantes, parte libera late triangulares dorso ex toto albo-villoso-pilosissimae denique subglabrescentes intus glabrae apice cuspidato-acuminatae, acumine 3 mm circiter longo angusto filiformi pilifero. Petioli graciles partem foliolatam includentes 4–5cm longi (sub anthesi) totius adpresse mere albo pubescentes infima ad 2 cm nudi sursum subimbricato foliolosi, foliolis 10–12–jugatis oblongo-lanceolatis acutis nonnumquam acuminato-acutissimis utrinque albo villosissimis praesertim in junioribus complicatis, demum in adultis etiam densius pubescentibus nec glabratis, longitudine 3–6mm variantibus sursum sensim brevioribus 2mm circ. latis. Scapi sine floribus 3–4cm longi quam petioli crassiores rigidioresque pube patula infima ad medium mere alba suprema infra bracteas inflorescentiae hirsutie nigra minus densa intermixta pilosi, floribus 2–4–umbellulatis, bracteis exterioribus lanceolatis interioribus ovato-lanceolatis brevioribus acuminato-acutiusculis 2/3 tubi calycis paulum vel vix superantibus 3mm latis, hirsutie nigra praedominata simulque pilis longioribus albis paucioribus obtectis. Flores, ex speciminibus siccis me judice, purpurei, cum pedicellis brevissimis subsessili. Calyx subcampanulato-tubulosus, cum dentibus lanceolatis acutis 3mm longis dense et nigro hispidis inter hirsutiem sparsissime et albo pilosos, 13mm longus, tubo hirsutie nigra pilisque albidis permixtis modo bracteae vestito, sed ratione inter pubem nigram et albam aliquando variabili, superficies igitur aspectu cano vel nigello videtur. Vexillum 17mm longum laminae suprema

* 東京大学理学部植物学教室 Botanical Institute, Faculty of Science, University of Tokyo.

parte 6mm latum apice profundius retusum resupinatum. Alae vexillo satis breviores 14mm longae apice rotundatae medio 3mm latae basi angustatae plus minusve 1.5mm unguiculatae, ungue obtuso. Carina 13mm longa, mucrone brevi vix 1mm attingente. Ovarium 3mm longum lanceolatum dense pilosum. Legumine nostrae plantae ignoto locus hujus speciei dubius, tam inflorescentia pauciflora umbellulata et calyce pube alba simul nigra intermixta vestito gregem *Oxytropidis leptophyllae* magis quam alias species appropinquat, simulque forsan ad sectionem *Xerobias* collocanda, ab affinibus foliolis plurijugatis dense pilosis distinguenda.

Hab. Prov. Shansi, mt. Wutai shan, (M Tatewaki et I. Hurusawa, no. 1097,-Typus! 31. Mai. 1942); ibidem (Eidem, no. 1075, 29. Mai. 1942); ibidem (Eidem, no. 1256, 2. Jun. 1942); ibidem, Dung-tai (M. Takahashi, 29. Jun. 1943).

Adnot.: ex specimine cum foliis 2-3 juvenilissimis 5-8mm longis, foliolis 2mm longis, complicatis dense villosis, incompleto fructigero, quod indole foliorum forsan ad hanc speciem relatum esset, hic describimus: fructus 2 jam dehiscentes umbellulatim ad scapum terminantes, (scapus uno desiderato fructu verum saltem 3-fructiferus esse videtur), chartacei superficie glabrati, ovato-oblongi abrupte acuminati, acumine acutissimo subrecurvo circ. 5mm longo incluso 2cm circ. longi, stura dorsali nuda, ventrali alte dissepimentum efformante, semi-biloculares. (specim. exam. Tatewaki-Hurusawa no. 1268. prov. Shansi, mt. Wu-tai shan, inter Dai-kai tin et Pei-tai, 2. Jun. 1942).

var. **glabrata** Tatewaki et Hurusawa var. nov.

Habitu et indolis floralis in praecedente satis quadrat, sed differt ab illa pubescentia totius plantae sparsissima, aspectu igitur glabra, species aliena constituere videtur. Folia magnitudine fere ut in var. *typica*, petiolis jam in junioribus subglabratis sub lente adpresse puberulis, foliolis lineari-lanceolatis interdum oblongo-lanceolatis semper acutissimis, oculo nudo quasi glabratis revero utrinque piloso pubescentibus, nec in innovatione villosis ut in *typica*, Scapi etiam non villosi sed sparsius patente albo pilosi ultra medium simul nigro sparse hispiduli. Calyx paulum major nigro hispidus inter hirsutiem pilis albidis sparsioribus immixtis obtectus, dentibus 2.5mm longis lanceolatis fere nigro solum hispidis nonnumquam apice tantum pilos albos ferentibus. Praeter pubem stipulae parte libera angustiores quam in var. *typica*, lineari-lanceolatae acuminatae.

Hab. Prov. Shansi, mt. Wu-tai shan, Chung-tai et Dai-kai tin. (Tatewaki-

Hurusawa no. 1304.—Typus varietatis !, 2 Jun. 1942).

Etsi nunc distributione geographica plus minus distat, attamen proxima *Oxyt. sachalinensi* Miyabe et Tatewaki, quae folia 4-6-juga (quam in specie wutaiensi paucioribus paribus jugata) habet: vexillum in ut utraque, in *O. wutaiensi* profundius, emarginatum, in *O. sachalinensi* limbo oblongo-obovato basi abrupte attenuatum (vide Transact. Sapporo Natur. Hist. Soc. **14**: 186. fig. 10, c. anno 1936.), in *O. wutaiensi* limbo late ovali suborbiculari apice (hic simulque retuso) et basi circumscriptione rotundato limite inter unguem et lobum distincto; carina in utraque fere eadem, sed in *O. wutaiensi* paulisper major; alae in *O. sachalinensi* angustiores quam carina sat angustiores in *O. wutaiensi* latiores quam carina fere sesqui latiores (parte basali 2.5mm, medio 3mm, prope apicem ferme ad 4mm latae). Magnitudo foliolorum florumque in utraque invicem consimilis.

2. **Oxytropis koreana** Nakai in Bot. Mag. Tokyo, **27**: 131 no. 100. nomen tantum (1913); Kitagawa in Rep. First Sci. Exped. Manch. sect. 4, part 2.: 20. tab. 6, cum descrip. de planta Jeholensi (1935)—*Oxytropis psammocharis* 1) (sphalmate uti *psamoharis*) sensu Kitamura in Act Phytotax. Geobot. **10** 184. (1941) pro parte.

Hab. Prov. Chahar, Sunid occid. (M. Togashi, no. 2605. 13. Sept. 1942).

E regionibus koraiensibus hanc speciem nondum vidi. Specimina examinata certa omnino e Manshuria, prov. Jehol, et hic addo locum distributionis Chinae borealis. Prof. Dr. T. Nakai locutus est, de planta koreana enumerans, quam legitor ambiguus, cui, quidem minima fides tribuenda, ad Koream sine loco speciali collegisse affirmat. Quantum ex descriptione Bungeana *Oxytropidis racemosae* Turczaninow, plantae Mongolicae mediae, (Bunge, Sp. Gen. Oxytrop. 161. n. 179. anno 1874), adhuc concludere licet, videtur haec planta illi proxime affinis esse, quamvis ambae non conspecificae sint.

3. **Oxytropis selengensis** Bunge, op.cit. 143. n. 157 (1874).

var. **longiscapa** Hurusawa var. nov.

Modo pubescentiae totius plantae (i.e. superficie albo rigidioreque hirsutissima), stipulis ex toto hirsutis inter se subliberis vaginulam haud conformantibus parte libera longe acuminatis, scapis numerosis decumbentibus, bracteisque lanceolatis hirsutis cum calyce mere albo hirsutis, cum *typica*

3) Oxytropis psammocharis Hance in Journ. Linn. Soc. Bot. **13**: 78, (1873) —*Oxytropis acutirostrata* Ulbrich in Engler, Bot. Jahrb. **36**, Beibl. nr. 82 : 68 (1905) Hab. Prov. Chahar, Sunid. Occidentalis (M. Togashi, no. 728, 16, Jun. 1942).

ex descriptione Bungeana bene congruit quidem, tamen distat ab illa tantumdem inflorescentia non capitulata globosa sed elongata oblonga subracemoso-spicata, post finem anthesis ad 8cm attingente, forsan varietatem formans. Praeter characteres supra descriptos foliae juga numerosiora ad 12 numeranda; vexillum majusculum 16 mm vel superans; alae 13 mm longae; carina mucrone excluso 12 mm longa, mucrone circiter 1 mm excedente. Legumen maturum calycem rumpens (adhuc de specie typica nondum descriptum) cum acumine stylo filiformi 5–6 mm longo incluso 25–26 mm longum oblongum versus apicem acuminatum sursum in acuminem sensim transiens densissime albo longeque villosum sutura ventrali profunde sulcatum dissepimento angustissimo 1 mm paulum superanti-alto, e sutura dorsali nullo. Semina 15 vel plura fusca reniformia 1mm diametientia.

Hab. Prov. Hopeih, civit. Pekin (M. Togashi, no.205.—Typus! 13.Apr. 1942); ibidem. (M. Togashi, no.235. 17. Apr. 1942).

4. **Oxytropis myriophylloides** Hurusawa sp. nov.

Radix crassata lignosa perpendicularis subsimplex, apice multifida cum caudicibus stipularum et petiolorum reliquis obtectis subterraneis plus minus elongatis iterum pluriceps. Acaulis caespitosa caespites confertim folia fasciculata proferentes formans, e singuli scapos 1 vel 2 emittens. Stipulae membranceae 1–2-nerviae antice inter se vix connatae alte petiolares parte libera anguste lanceolatae acuminato-acutissimae superficie totius pilis longioribus rigidioribus vestitae demum glabratae, margine dense ciliatae. Petiolus gracilis cum parte foliolata 4–7cm longus eodem modo ac stipulus pilosus basi ad 1–2cm nudus usque sursum foliolatus, foliolis infimis minimis 1–1.5mm vix superantibus alternantibus sensim mediis 3mm longis primariis quaternatim serioribus rarius ternatim verticillatis junioribus sericeo-pubescentibus margine longe pilosis et demum involutis navicularibus, 25- plurijugatis juventute subimbricatis denique inter nodiis 2–3mm remotiusculis. Scapos fructiferos tantum vidi. Pedunculus adpresse albo puberulus, inter pubem pilis longioribus perpaucis immixtis nigris nullis, spica 4–5-fructifera capitulata circ. 3cm longa inclusa plus minus 10cm longus. Bracteae lanceolatae basi ampliatae circ. 1cm longae, superficie albo densius pilosae. Legumina coriacea sessilia dense longeque pilosa oblonga basi paulum inflata calycem sub-rumpentia, apice subacuminato in stylum transeuntia, stura ventrali alte septifera, acumine recurvo 4–5mm longo incluso 18mm circiter

longa. Calyx, quantum ex reliquo observatur, membranaceus, tubuloso subcampanulatus legumen ultra dimidium attingens plus minus 10mm longus, 3-4mm latus, pilis fere leguminis, dentibus longe lanceolatis acutis inaequalibus margine dense ciliatis fere trientem tubi longis.

Ex descriptione Bungeana (op. cit.) concludens, *Oxytropidi chiliophyllae* remotius affinis, quae differt a nostra caudicibus villosissimis, foliis unilateraliter geminis ternisve linearibus complicatis glandulosis (in nostra plerumque quaternatim verticillatis ovatis non numquam 4 lin. attingentibus ad summum 3mm longis, nec 1/2 lin. sed. 2mm latis, margine tantum involutis eglandulosis magis numerosioribus quam 50) et calycibus albo nigroque puberulis (in nostra mere albo pilosis, nigris pilis non permixtis).

Hab. Prov. Chahar, Sunid occid. (M.Togashi, no. 1654, 13. Sept. 1942.—Typus!).

5. **Betula Nakaiana** Tatewaki et Hurusawa sp. nov. (Tab. 1)

Arbor; Rami divaricati, cortice fusco-cinereo opaco vel partim nonnumquam nitidulo striatulo hic inde albo punctato. Ramuli patentes fuscescentes vel fusco-brunnei, subflexuosi, glabri raro sub epidermate secedentes; novelli resine o-punctulati, sursum suparsissime pilosuli cito glabrati. Folia ovata chartacea basi late cuneata apice breve acuminata acutiuscula, petiolata, petiolis 5-7 mm longis densius albo-tomentosis, margine laciniae argute et plus minus grosse (grossius quam in *Bet. davurica,* cui haec species propinqua est), serrata, utrinque 5-7-(saepissime 6-)-costata, subtus nervo medio cum secundariis prominente ornata, sparse hispidula demum glabrata supra inter costas laterales seriatim apresse pilosa, hic pilis persistentibus, utrinque ad costas medias modo petioli pilosa, in axillis nervorum barbulata, magntudine sub fructu (......fructus submaturus......) 2-3cm longa, 1-1.7cm lata. Inflorescentia desiderata. Fructescentiae in ramulo 3-4, cum foliis intermitxis, racemoso-collocatae quaeque in axillis foliorum duarum et inter duas insertae, adscendentes, pedunculis 5-7mm gracilibus sparsissime pilosulis pedunculatae, cylindricae 1.5-2 cm longae plus minusve 3mm diametientes. Bracteae tri-lobatae subcruciatae basi cuneatae extus glabrae, lobo medio ovato obtuso margine undulato intus ad apicicem tantum sparse hirsuto, lobis lateralibus suboribicularibus margine repandulis intus sparse hirsutis media breviorbius. Nuculae tres congestae, (submaturae) late ovales utroque latius alatae, alis basi deorsum expansis margine versus apicem hirsutis.




Tab. 1. *Betula Nakaiana*. 五台カンバ

Hab. Prov. Shansi, mt. Wu-tai shan (Tatewaki-Hurusawa no. 1523.—Typus!, 8. Jun 1942); ibidem Dungtai (M. Takahashi, 27. Jun. 1943).

6. **Plantago depressa** Willd., Enum. Pl. Hort. Berol. Suppl. 8 (1813) var. **depressa**.—*Plantago asiatica* Linn. var. *decumbens* Turcz. in Bull. Soc. Nat. Moscou **25**-4: 403 (Fl. Baica-Dahur. 2- 1) (1852).

In speciminibus nostris examinatis formae duae quoad indumentum observantur.

form. **glabrescens**; folia juniora villo crispulo densius adpresseque inspersa demum adulta praesertim subtus, costis exceptis, glabrata, sed supra vulgo non glaberrima ut in form *glaberrima* Komarov dicitur. Lamina folii margine fere semper undulato et remote denticulata. Plantae ex Pekino examinatae omnes hic referendae (J. Hwang, Mai. 1911; G. Matheus, 1936; M. Togashi, no.318, 29. Apr. 1942).

form. **pubescens**; folia simulque in petiolum non solum juniora etiam in adulta sub statu fructus pilis albidis subhamulatis densius obtecta. Sicut ex speciminibus adhuc examinatis videtur, in hac forma laminae foliorum margine ad integritatem vergunt. Plus minus an ac *Pl. depressam* var. *Turczaninowii* Ganjeschin accedens.

Hab. Prov. Chahar. Kal-gan (M. Togashi, no. 60. 14. Aug. 1941); Dolon-Nor. (M.Togashi, no. 9131. 3. Sept. 1942); Shan-tien-ho, (M. Togashi, no. 1714, 5. Sept. 1942); Prov. Shansi, Wutai-shan (M. Togashi, no. 1412. 11. Aug. 1942) Ho Hsien (M. Togashi, no. 1414. 17. Aug. 1942).

Notat.: specimen, M. Togashi, no. 944., foliis subtus totius praesertim ad basin in costis cum petiolis pilis adpressis plus minus crispulis albidis densioribus villoso-obsitis ad varietatem *montanam* Kitagawa, quae in Manshuria, prov. Hsing-an boreali et orientali, crescit, propinquat, sed foliis non membranaceis verum chartaceis simul subdecumbentibus (nec erectis, ut in var. *montana*) et scapi etiam e basi procumbentes sursum adscendentes.

var. **montana** Kitagawa in Journ. Jap. Bot. **19**: 112 (1943).

form. **wutaiensis** Hurusawa form. nov.

Prima saltem fronte varietati (potius rite formae) *Turczaninowii* Ganjeschin similis, quae planta ex Amur nuntiata est, ast distincta ab illa foliis membranaceis integerrimis apice acutiusculis e petiolo erectiusculis, utrinque cum petiolis pube albido dense villosis et scapis totidem pilis crispulis sparsius obtectis, contraque suis characteribus cum plantis man-

shuriensibus (ex prov. Hsing-an) bene congruit, petiolis autem brevioribus et latioribus subalatis nonnumquam inconspicuis paulisper tantum discrepat, sed satis agnoscenda. Nom. Jap. *Seiryô-ôbako* (nov.)

Hab. Prov. Shansi, mt. Wutai-shan. (M. Togashi, no. 996. 23. Jul.—7. Aug. 1942). Distr. (var.) Manshuria.

7. **Plantago Lessingii** Fischer et Meyer, Index Semin. Hort. Petrop. 2: 47 (1835); Pilger in Engler, Pfl- reich, **102** Heft, IV-269: 260. (1937).

Hab. Prov. Chahar, Su-nid occid. (M. Togashi, no. 2045, 13. Sept. 1942).

Distr. Sibiria altaica, Mongholia, Ordos australis et Kansu borealis.

8. **Galium wutaicum** Hurusawa sp.nov.

Radix gracilis densissime fibroso ramulosa siccitate fusco-brunnea. Caulis e basi fasciculato-ramosissimus glaber nitidulus, ut videtur procumbens sursum iterum ramulosus ascendens, ex omnibus partibus gracillimus. Folia minima longitudine vix 10 mm superantia, latitudine 1-3mm, inferiora oblongo- vel spathulato-elliptica basin versus attenuata in petiolum obsoletum transeuntia interdum cochleariformia ad spathulata, apice obtusa, superiora ramulorum obovata vel ovata vel nounuquam late ovalia obtusiuscula vel acuta mucronulata, basi cuneata vel acuminata, omnia utrinque glaberrima, ast ad marginem ultra medium tantum obsolete (modo sub lente) ciliolata, costis mediis supra haud visis subtus elevatiusculis, saepissime dua opposita (nisi de minutissimis stipulaceis cogitatur) interdum minoribus immixtis ternata vel quaterna inaequalia. Flores ignoti. Fructus ad axillam superiorem solitarii globosi 1.5mm diametientes, facie dense uncinato-hispidi pedunclati, pedunculis 1-3mm longis, folium aequantibus vel paulum superatibus.

Hab. Prov. Shansi, mt. Wu-tai-shan, Tung-tai vel Dung-tai (M. Togashi, no. 1246.—Typus! 30-31. Jul 1942).

1) 五臺オヤマノエンドウ *Oxytropis wutaiensis*. 系統上滿洲產の *O. leptophylla* などに近緣なのではないかと考へられるが, 花の構造を一應度外視すると小葉の數が此れより多數對となつて居り, むしろ外形からは直ちに區別がつく。近接地域に比較種を見出し得ないが, 分布上幾分距つて, カラフトオヤマノエンドウ *Oxytr. sachalinensis* と近似して來る。兩者は, 植物體の全形殊に花序で互に似るが, 小葉の數は *O. wutaiensis* の方が多い。又, 旗瓣の形が明に異り, *O. sachalineusis* では, 略々倒卵形をなし, 基底部へ狹まるに反して, *O. wutaiensis* では, 殆んど, 全形が圓狀廣楕圓形を呈している。翼瓣も *O. sachalineusis* では龍骨瓣に比して狹いのに對し *O. wutaiensis* では其の逆である。龍骨瓣も *O. wutaiensis* の方がより大きい。本種には, 五臺山のもので毛

の密なる型と，殆んど無毛になる型と兩つ見られる。

2) キヌゲンゲ. 察哈爾省，西蘇尼特(ソニツト)に，キヌゲンゲ *Oxytropis koreana* Nakai が產する。*O. psammocharis* Hance とは，嘗て中井教授が指摘された通り明に別種であるが，*O. koreana* は其の種名に反して，朝鮮からは未だ，確實な產地が知られない。基準標本の產地は，唯，朝鮮となつているが，詳細な地名及び採集者も不明で，何かの間違いではなからうか。察哈爾省，河北省，熱河省邊りが本來の種の產地ではないかとおもふ。*O. psammocharis* は，其果序を形容して，アワダチゲンゲとする。

3) ウスギヌゲンゲ. 花の構造や，葉の形質で，*Oxytropis selengensis* Bunge の記相文によく一致する植物を富樫氏が北京で採集された。花莖の長短は成熟時期によつて異ることは勿論であるが，本植物のはまだ，花期のもので既に Bunge 氏の記載にあるよりも著しく長い。Selenga 河はアルタイ山脈の東端に發し，バイカル湖に注ぐ河である。支那本部からはまだ本種の報告を聞かない。*O. selengensis* Bunge の記載だけからは，種を分つには特徵不充分。分布上から又，生育地から考へて，歸化かの疑無きにしもあらず。

4) フサモエンドウ *Oxytropis myriophylloides.* スギナエンドウ *Oxytropis myriophylla* と混同されるおそれがあるが，スギナエンドウより複葉の小葉が，ずつと小さく，更に形も異る。細長くなくてむしろ，卵形に近い小舟形をなす。果實が熟すると，區別は明瞭になる。果序は短く，莢果の數も少なく且，個々の莢果も遙に小さく，形も違う。Bunge 氏の著した本屬のモノグラフに依つて見ると，*Oxytr. chiliophylla* などに近似しているやうに思はれるが，記載から判斷すると，若干の重要な點で符合しない。

5) 五臺カンバ. ダフリヤカンバ，ヤエガワカンバに最も近緣の *Betula* である。外觀では葉によつてかなり明瞭に見分け得る。即，前者より葉は遙に小形で，缺刻は却て粗大となり，全形は先端稍々尖つた卵形となる。果序に就ても，ダフリヤカンバ *Betula davurica* より細長い圓筒狀を成す點で區別出來る。種子の兩側翼は，撫肩をなして前者のように肩が張つていない。種名は恩師中井猛之進先生に dedicate する。

6) ムジナオホバコ. オホバコ *P. asiatica* に毛の多少による二型がある如く，*P. depressa* にも葉の兩面に毛の密に出る型がある。Komarov 氏の form. *glaberrima* は極端な一型で，葉の表面にテリがある。滿鮮產標本中に若干見たが山西省ではまだ採られていない。最も普通品は，葉の兩面，殊に裏面の中肋に沿つて疎毛を散布する型である。又，五臺山，臺懷鎭產の標本中に，密毛を被る點以外に，葉形，花序にも特徵の現れる一型があり，北川博士が滿洲，大興安嶺から報ぜられた，興安オホバコ *P. depressa* var. *montana* に似て來る。興安嶺產の標本と比較するに葉柄が短かく且つ葉身の先端が左程尖らない點で幾分一致しない點もあるが，同系統の變種と見なす。

7) スズメノオホバコ *Plantago Lessingii* Fisch. et Mey. アルタイ地方，蒙古オルドス等に分布する。*Plantago* 屬としては，我々の常識から見ると變つた種類であ

る。外觀スズメノヤリ *Luzula capitata* を想はせるものがある。察哈爾省產としては富樫誠氏の採集が最初ではないかと思ふので，新和名を附して報告する。

8) 淸凉ヒメムグラ *Galium wutaicum*. 一見，ヒメヨツバムグラ *G. gracilens* Makino に似ているが，葉はより廣く箆形乃至倒卵形で，基部は不明瞭な葉柄に流れる，又，果實に鉤狀の剛毛を密布する。檢した標本は，密に叢生し，莖の分枝も亦密である。五臺山の產，富樫氏の採集品。

Emendata.

**Scabiosa japonica** Miq. in Annal. Lugd. Bat. **3**: 111 (1867)

subsp. **japonica** var. **japonica**

—*Sc. Fischeri* var. *japonica* Nakai in Bot. Mag. Tokyo **23**: (161) (1909)

—*Sc. tschiliensis* var. *japonica* Hurusawa in Bot. Mag. Tokyo **62**: 45 (1949)

form. **albiflora** (Honda) Hara in Journ. Jap. Bot. **16**: 162 (1940)—*Sc. Fischeri* var. *japonica* form. *albiflora* Honda, Nom. Pl. Jap. 332 & 515 (1939)

form. **littoralis** Nakai in Journ. Jap. Bot **19**: 277 (1943)

var. **alpina** Takeda in Bot. & Zool. **3**: 1392 (1935) —*Sc. japonica* from. *alpina* Takeda, Kozan-shokubutsu-dzui, 8 no. 35 (1933)—*Sc. Fischeri* var. *longiseta* Hara in Bot. Mag. Tokyo **51**: 894 in adnota (1937) cum syn. *Sc. japonica* form. *longiseta* Nakai et Hara.

subsp. **tschiliensis** (Grüning) Hurusawa stat. nov.

var. **tschiliensis**—*Sc. tschiliensis* Grüning in Fedde **12**: 311 (1913)—*Sc. japonica* var. *acutiloba* Hara in Journ. Jap. Bot. **16**: 161 & 381 (1940) ex majore parte.—*Sc. Fischeri* form. *breviseta* Handel-Mazzetti in Act. Hort. Goth. **13**: 230 (1939)—*S. tschiliensis* var. *breviseta* Hurusawa in Bot. Mag. Tokyo **62**: 44 (1949)

form. **sinomontana** (Hurusawa) Hurusawa, comb. nov.—*Sc. tschiliensis* var. *breviseta* form. *sinomontana* Hurusawa loc. cit.

var. **longiseta** (Hurusawa) Hurusawa comb. nov.—*Sc. tschiliensis* var. *longiseta* Hurusawa loc. cit.

var. **mansenensis** (Nakai) Hurusawa stat. nov.—*Sc. mansenensis* Nakai in Journ. Jap. Bot. **19**: 270 (1943)

form. **alpicola** Hurusawa nom. nov.—*Sc. mansenensis* form. *alpina* Nakai loc. cit. 272. non *Sc. japonica* form. *alpina* Takeda.

form. **pinnata** (Nakai) Hurusawa. comb. nov.—*Sc. mansenensis* form. *pinnata* Nakai loc. cit.

form. **zuikoensis** (Nakai) Hurusawa stat. nov.—*Sc. zuikoensis* Nakai, loc. cit. 274.

form. **leucantha** Hurusawa nom. nov. Flores dilute colorati ad albescentes.—? *Sc. Fischeri* form. *albiflora* Fedtschenko (1912)

var. **acutiloba** Hara emend.—*Sc. japonica* var. *acutiloba* Hara in Journ. Jap. Bot. **16**: 181 (1940) pro parte quoad typum—*Sc. yezoensis* Nakai in Journ. Jap. Bot. **19**: 268 (1943).